



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Sacerdos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

Tho. secunda secunda. q. 66. Caueat quisque ne conscientiam nimis latam sibi faciat, cum amor proprius sapere iudicium peruerat. Quomodo autem possit sacerdos satisfacere vel non pluribus cum vna missa, supra, Missa. §. 33. Et Tab. ibi circa fin. multi alij possunt oriri casus, quos praedictis regulis facilius quis soluere poterit. De damnificationibus proximis per animalia, & mutantibus, per capturam leporum, & huiusmodi, & venatoribus: vide Sil. ibi. §. 2. 3. & 4.

R I X A.

R I X A filia irae importat contradictionem in factis, quando ex ira aliqui se inuicem percutiunt, non ex auctoritate publica, sed ex voluntate inordinata: & ex suo genere peccatum mortale est, in eo, qui iniuste alterum aggreditur, quia nocuum proximo contra charitatem infert. In eo autem qui se defendit, animo repellendi illatam iniuriam cum debita moderatione, peccatum non est: secus si cum animo vindictae, vel odij, vel excedit in moderamine, quia tunc peccatum mortale, vel veniale est, secundum quantitatem odij, vel excessus. Primi enim communiter veniales sunt, & impetite facti, ut saepe diximus. De hoc Tho. secunda secunda. q. 51. a. 1. supra, ver. primi motus.

SACERDOS.

¹ SACERDOTIS nomine in materia fauorabili non tantum presbyteri veniunt, sed etiam diaconi, & subdiaconi. ar. c. 1. §. 5. sed in materia odiosa veniunt tantum presbyteri. ar. c. si quisq; de coha. cle. & mul. vbi Pa. hoc no.

² SACERDOS parochialis potest ministrare sacramenta peregrinis, & hospitibus confluentibus ad suam ecclesiam: secundum Pa. c. 1. de cel. miss. & morientes sine electione sepulturae, ibidem sepeliuntur, & si alibi elegerint, debet ei quarta funeralis. Quomodo debet visitare infirmos, & multa alia facere: vide Pa. in d. c. 1. de celeb. miss. & stare ieiunus vsque ad horam celebrandi congruam.

³ QVICVICID sacerdos ligat, &

soluit in terra iuste, & clauem non errante, ligatur per approbationem in caelis. n. q. 3. c. tunc vera.

⁴ SACERDOS existens in peccato mortali exequendo officium suum, mortaliter agit. 1. §. 9. 6. c. vlt. & d. 68. c. 1. & vt dicit Sil. ver. sacerdos. §. 6.

⁵ SACERDOS, vbi poenitens de aliquo est dubius, non debet illud asserere esse mortale, nisi sit certus, ne imponat ei laqueum, nec tenetur de singulis determinare ante dictis, vtrum sint mortalia, vel venalia, quando non sunt clara. d. Arch. Flo. de his autem, quae sunt clara, secundum opinionem doct. debet determinare. Quomodo autem debet celebrare, sup. Missa. per to.

⁶ QUANDO sacerdos vult sumere eucharistiam, vt quia infirmus, vel a celebratione impeditus, stolum circa cololum, sicut quando celebrat debet habere. c. ecclesiastica. d. 23. hoc tamen intelligitur quando celebrat profertur dicit Sil. ibi. §. 4. quia extra celebrationem hoc non obseruatur. Vnde multi (si hoc esset verum) essent excommunicati, communicantes sine tali stola. Attendenda est consuetudo. Fratres enim praedicatorum sine stola in die caenae communionem recipiunt.

SACRAMENTA.

¹ SACRAMENTA sunt septem, videlicet Baptismus, ordo, confirmatio, poenitentia, communio, matrimonium, & extrema unctio. Tria prima impediunt characterem, ideo non debent negari, etiam si mortuus homo resurgeret, quia character indelebilis est: alia quatuor possunt iterari. De his Tho. 4. sent. d. 2. q. 1. & c. licite. 3. 2. q. 7. & 1. q. 1. c. quod quidam.

² SACRAMENTA non debent conferri peccatoribus publicis. c. illud. d. 95. sed propter peccata occulta non sunt neganda in publico, supra, Communio. §. 13.

³ RECIPIENTS quodcumque sacramentum in mortali, etiam occulto, mortaliter peccat. c. multi. d. 40. Sed non dicitur esse in mortali, qui contritus est. Aliqui dicunt, quod in sacramento poenitentiae & extremae unctionis sufficit

attit-